



### Geber libro perfecti magisterij.

Artificem huius scientiae, oportet esse subtilissimi ingenij, & naturas metallorum & eorum generationes, infirmitates & imperfectiones in suis mineris scire & cognoscere, antequam perueniat ad hanc artem. Non autem ad ipsam in dagandam accedat artifex grosso ingenio & duro repletus, nec cupidus, nec auarus in sumptibus vel expensis. Nec vir duplex animo, sine felle & ceruice, vel mente variabilis, nec nimis festinus aut capitosus: Sed doctrinæ filius, vir subtilissimo ingenio decoratus, sufficienter locuples, largus, sanus, firmus in proposito & constans, patiens, mitis, loganiris & temperatus. Alphidius: Scito, fili, quod istam scientiam habere non potes, quo usque mentem tuam Deo purifices, & sciat Deus te habere certum animum a rectum, & tunc Mudo dominari te faciet. Aristoteles: ô si Deus sciret fidelicem mentem in homine, utique reuclaret sibi arcatum.

Corre-